

iudex Loisius de Angelis

56

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Loisius de Angelis

56

1484-11-15

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimoquarto. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno vicesimosexto,... mense Novembris, die quintodecimo eiusdem, tertie indictionis, Mathere.

Nos Loysius Thomasii Nicolai de Angelis de dicta civitate,... per provinciam Terre Ydrontis tantum reginali auctoritate ad contractus iudex, Petrus de Paulicellode eadem civitate,... publicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, domnus Iohannes de Citrinella, domnus Nicolaus Antonii Christofali de Experto, domnus Salvagius Francisci de Chiullo, Nicolaus Salvagius de Hercule et Iacobus Petri de Theodoro, testes... de eadem civitate,... notum facimus... quod... constitutis... donno Francisco Leonis de Cassano de civitate Mathere... et... Iohanne Francisco domini Tuccii de Scalzonis de eadem civitate,... prefatus... domnus Franciscus... asseruit... habere... vineale unum terre vacue cum puteo uno in eo existente, situm... intus territorium civitatis Mathere, in contrata Lame de Camarda, iuxta vineale Antonii de Santoro, iuxta vineale Clementis magistri Viti de Paradiso, iuxta viam publicam, iuxta viam vicinalem;... pro quo... vineali... domnus Franciscus ipse anno quolibet imperpetuum... dare tenebatur prefato Iohanni Francisco et eius heredibus,... ratione... annui census... pro fundo et proprietate ipsius vinealis,... tarenorum octo... Et placebat eidem domno Francisco dictum vineale... vendere... et de ipso annuo censu... non oportet facere amplius mentionem in presenti instrumento, quoniam, uti asseruerunt ambe partes, ipse

quod est suum non oportet exprimere amplius esse suum, quia ipse annuus census est ipsius Iohannis Francisci et sic remanet ipsum vineale terre vacue... in manibus ipsius Iohannis Franciscifrancum et liberum et ipse domnus Franciscus remanet ex forma presentis contractus... exemptus a solutione dicti annui census... Qua propter idem domnus Franciscus... vendidit... prenominato Iohanni Francisco... supradictum vineale terre vacue... pro... pretio uncie unius et tarenorum septem cum dimidio...

† Ego Iacobus Loysii de Angelis qui supra subrogatus regia auctoritate cum potestate me subscribendi in instrumentis contractuum iudicum mortuorum, ad contractus iudex loco et vice prefati Loysii Thomasii Nicolai de Angelis qui supra iudicis premortui me subscripsi regia auctoritate qua supra me manu propria † Ego d. Nicolaus Antonii de Sperto qui supra testis testor Ego dompnus Salvagio Francisco de Chiullo qui supra testis testor † Ego Nicolaus Salvagius de Hercule qui supra testis testor † Signum crucis proprie manus mei qui supra Iacobi Petri de Theodoro illicteratus scribere nescientis